

Q. B. V. 40.  
DISSERTATIO GRADUALIS

De

# CAUSSIS BRE- VITATIS VI- TÆ HUMANÆ,

Qvam,

Suffragante illustri ad MIRAM Facultate  
Philosophica,  
PRÆSIDE

VIRO CL.

Mag. ALGOOTHO A.  
SCARIN,

Hist. & phil. Civ. Prof. reg. & ord.

publico Bonorum examini sifit

HENRICUS WILLENBORG

Boreæ-FENNO.

Ad diem 30. Junii, MDCCXXXVIII.  
boris & loco solitis.

---

ABOÆ, exc. Joh. Kiæmpe, R. Ac. Typ.

Gerrit Dijfz Jussenius

S:ae R:ae Majestatis Fideli VIRO,  
Generofissimo Domino,

Dn. NIC. AR. GERLSTRÖM  
Desultoriæ Legionis prætorianæ Cen-  
turiōi maximè strenuo, Domino ac  
Mæcenati Benignissimo.

Admodum reverendo atque clarissimo VIRO,

Dn. SAMUELI HORNÆO,  
Preposito & Pastori ecclesiarum, qvæ  
in Euraåmitten Deo colliguntur, me-  
ritissimo & vigilantissimo, Patrone ad-  
cineres usque colendo, honorando.

O B. Favorem. Singularem. Et. Beneficia.  
Reverentie. Et. Gratissima. Mentiū.  
Nitore. Destitutas. Cum. Ardenti. Pro O-  
bato. Voto. San-

Generofissimi. Atque. Admodum. Re-

Cultor

HENRICUS

*Admodum reverendo atque amplissimo  
VIRO.*

Dn. Mag. CLAUDIO HEDMAN,  
Ecclesiarum Wasensium *Antistiti* lon-  
ge meritissimo, vicini districtus *Pre-  
posito* gravissimo, Scholæ Trivialis i-  
bidem *Inspectori* adcuratissimo, *Patro-  
no* omnis honoris & obsequii cultu  
ætatem colendo, suscipiendo.

*Admodum reverendo atque clarissimo VIRO,*

Dn. JOHANNI MONTIN,  
Ecclesiarum Lethalensium *Pastori* di-  
gnissimo, & adjacentis districtus  
*Preposito* solertissimo, *Patrone* optimo.

Plurima. Mibi. Praesita. In. Submissae:  
Signum. Leves. Hasce. Pagellas. Omni. Sane.  
mnigena. Vestra. Incolumitate. Ac. Felicis-  
cratas. Voluit.

verendorum. Nominum. Vestrorum.

devotissimus

WILLIAMUS DURR.

WILLIAMUS DURR.

Monsieur.

L' amitie sincere qui s' est establee entre nous depuis notre jeunesse, fait que rien ne Vous arrive sans que j'y prenne part. Heureusement, Vous allez mettre au jour les progres, que vous avez fait dans les belles lettres, en donnant au public une docle, & savante dissertation, ou il s' agit des causes veritables du peu de duree de la vie humaine. Monsieur vous faites voir, par ta, que pour bien user du temps, vous vous etes principalement amuse, à acquerir la vertu, & la sagesse, comme l' unique source du bonheur des hommes, & le seul maintien à une vie veritablement heureuse icy bas. Je vous felicite, Monsieur, de toute mon coeur, de tant de belles qualites, souhaitant que votre fortune egale votre merite. On dit ordinairement qu' un chacun est l' ouvrier de sa fortune, & l' artisan de son malheur; l' experience nous enseigne pourtant que souvent notre bonheur est dependant des caprices d' aurore. Mon ami s' il vous arrive de meme, sachez qu' il est impossible de plaire à tout le monde, puis que Jupiter ne peut pas plaire à tous, & consolez vous de ce, que l' heureuse immortalité est un grand prix, & une grande esperance, proposée à tous ceux qui travaillent toute leur vie, à acquerir la sagesse, & la vertu. d' ailleurs soyez persuadé du zete dont je suis rousse ma vie

Monsieur

Votre tresobeijant serv.

CHRET. J. WELIN.

I. N. F.

PROCOEMIUM.

**I**ntra omnia , quæ naturæ auctor nobis mortalibus bona concessit , primum procul omni dubio vita nostra sibi vindicat locum. Ea quippe in respectu ad nos ipsos , omnis felicitatis basis , fons atque origo est. Quemadmodum igitur supremum Numen in certum finem , nempe ad promovendam gloriam suam , aliisque

A

in-

inseruendum; hanc eandem  
nobis dedit; ita quoque vi-  
dere prouum est, nisi ex il-  
lius ordinatione, nihil juris  
in eam nobismet competere.  
Tantum abest, ut in illud  
*depositum*, sibi liberum arbi-  
trium quisquam adserere pos-  
sit, ut ad fidelem custodi-  
am & demum tempestivam  
restitutionem, mortalium quis-  
que obligatus sit quam maxi-  
mè. Quin neque dubium est,  
quo minus sicut absolute o-  
mnes homines sana ratione  
prædicti, vitam suam, ceu  
præcipuum bonum respiciunt,  
imo pro ceterorum tantum  
non omnium quoque funda-  
mento habent; Ita ad ean-  
dem

dem quoque conservandam  
& in longissimos mortalitatis  
terminos proferendam cogita-  
tione & nisu, quo fieri potest  
maximo, ferantur. Eo indeoles  
& instinctus naturalis omne  
genus animantium impellit.  
bruta præsertim, in quibus  
simulacra providentiae, aut si  
dicere mavis studium salutis  
& incolumentatis idem sese ma-  
nifestò prodit. Neque enim  
illa modo solicite anquirunt,  
quæ ad commodam vitæ su-  
stentationem opus fuerint, sed  
& omnia, quæ nocitura vi-  
dentur, puta famem, frigus,  
captivitatem à se, quantum  
fieri potest, procul remo-  
vent. Hunc sui amorem,

quamvis , uti dictum modo  
fuit , omnibus rebus creatis  
natura conciliavit , præcipue  
vero homini , qui ad illum-  
inem bonorum , puta natu-  
ræ suæ convenienter vivendū,  
tanto , quam cetera illa , bre-  
viori magisq; plana via pertin-  
gere posse videtur , quanto  
non simplici naturæ impulsu  
modo , sed & judicio *ratio-*  
*nis* suæ perinde movetur : illa  
quæ indolem bonorum peni-  
tius introspicere , nocitura &  
profuturis accuratius discerne-  
re potest. Id docet experien-  
tia tamen , quod ad conser-  
vandum statum vitæ & inco-  
lumentatis humanæ , gemina na-  
turæ perfectio ista in aliis at-

que aliis hominibus admodum  
non multum proficiat. Exi-  
stimat Aristoteles creaturarum  
speciem nullam, si ab ele-  
phantō discesserimus, homine  
vivaciorem esse. Sed qui hi-  
storiam animalium post eum  
scripserunt, ipso rerum usu  
postmodum evictum ivere, ani-  
malibus a natura indultum, ut  
quina, imo plura s̄epe secu-  
la edurare queant: homini  
vero in tam multa & magna  
genito, terminum multo cite-  
riorem stare. adeo ut qui  
cornici ( ut cetera animantia  
taceam ) longevitatem invi-  
dere visus est moriens philo-  
sophus, fundamento penitus  
omni viventis æstus & estati  
illius

illius neque destitutus fuisse videatur. Quidquid sit cum illa longævitate an vero brevitate majori vitæ humanæ, quam ceterorum animantium, telam aliis breviorem datam, in aliis autem, pro ut res tuluerit, tarde magis rescindi; plures, paucis exceptis, in apparatu vitæ extingvi, omnium in confessio est. Mihi de novo eodemque breviore dissertationis argumento, sollicito atque suspenso, commodissimum visum fuit in illas causas inquirere, quæ in conditionem, seu poenam istam, homini viam imprimis patefacere solent. Utilitate sua penitus neq; destitutam spero tractationem isthanc;

im-

7

imprimis cum, expensis debito modo caussis illis, quæ minuendo vitæ filo, eidemque ante diem abrumpendo occasionem dare solent, ad non prodigenda temere vitæ hujus retinacula, sed ad pie, juste, temperanterq; in omni genere vitæ ambulandum, qui rerum suarum fatagit, motivum non procul neque difficulter inde inveniat.

### S. I.

**N**Obis non nunc animus est inquirere, utrum præscientiæ & decreti divini intuitu, mensium & annorum numeri plures modo, modo pauciores, quos transgredi nequeunt, hominibus singulis sine

<sup>8</sup> sint præstituti. Vindicare istam sibi suoq; foro, tractationem volunt Theologi. Neque hujusce loci est agere de iis, qui tædio dolorum exemplo profuturorum, fidei & fortitudinis jactantiâ brevioris vitæ occasionem, scientes & videntes seellantur. Quin neque nostrum est adferre causas, cur vita nostra brevior adpareat, quam Patriarcharum, qui ante diluvium vixerent; ut pote quod argumentum in celebri hocce Lyceo non ita pridem ventilatum est; sed respectum potissimum habentes ad illa, in quæ nos incidimus, tempora, rationem reddere conabimur, cur nostra

strâ memoriâ , unius hominis  
vita & ævum quam alterius ,  
arctis usque adeo limitibus  
concludatur. Id , tamquam  
philosophis Christianis nobis  
non inconveniens erit assere-  
re : *lapsus primorum parentum* ,  
quemadmodum tons atque o-  
rigo omnis mali est , omnium  
malè sanarum cupiditatum ,  
calamitatum ac miseriarum ,  
quæ mortis prodromi audiunt ,  
seminarium existit : ita in illo  
ordine causiarum *brevioris vi-*  
*te humanae* , eundem principem  
& supremum locum plane &  
omnino tenere. Nam nisi  
illud intervenisset lethiferum  
vulnus , homines , transacto  
hujus vitæ curriculo , quæ  
qui-

quidem neque gravis neque  
molesta fuisse, in aliam lon-  
ge beatiorem, nulla interve-  
niente corporis atque animæ  
vera analysi, translati fuis-  
sent. Illa, non naturæ, ut Chry-  
sippus vult, sed primæ trans-  
gressionis sequela: illa ma-  
cies & nova febrium cohors  
nunquam incubuisse mundo,  
ut lyricorum princeps loqui-  
tur, si non carcinomate, ad:  
versus omne remedium contu-  
macissimo illo, infecti fuisse-  
mus: Causæ particulares, de  
quibus jam agendum, nullam  
vim, neque influxum in cor-  
poris sanitatem habuissent, cer-  
te nexus & unionem, quam  
Creator corpus inter animam-  
que

que arctissimam voluit indis-  
solubilemque , nunquam dis-  
solvere valuissēt destruerere.ve.  
post vero contractam illam  
animi labem , quæ diurni-  
tate nulla vanescere potest ,  
non modo mors in mundum  
intravit , adeo ut nihil jam sit  
in humanis rebus tam cer-  
tum quam mori ; verum fa-  
ctum inde quoque invenimus  
iusto judicio divino , ut ele-  
menta & creata fere omnia  
olim convenerint , & prope  
agmine facto , hodie quoque  
conspirent ad detrimenta at-  
que damna , quaqua versum  
nobismet mortalibus inferen-  
da. Certe nullum tam inva-  
lidum atque abjectum animal.

cu,

12

culum , à quo non homini  
periculum quodcumque metu-  
endum ; nulla tempora atque  
annalium intervalla , quibus  
non noxæ memorantur atque  
strages , quas à lucifugis a-  
nimantium simulacris etiam  
ferocissimæ gentes passi sint ,  
reditur ut scabram possum ruc-  
bagine ferrum .

### §. II.

**R**Es igitur eo recidit , ut  
in primis in ea oculum  
intendamus , quæ in corpus  
nostrum agere possunt , illius  
statum perturbare , eundem  
segnem primum , & mox ini-  
doneum reddere solent ad fun-  
ctiones suas naturales peragen-  
das : quem statum corporis ,

mor-

morbi primum, peccatorum  
germina, mox lethargica le-  
thes illa non à longinquo se-  
qui solet, cuius est indoles  
soporem & frigidam vitæ hu-  
manæ pausam, non multo post  
tempore inducere. Retulimus  
omnia illa, inter caussas bre-  
vitatis vitæ, quæ frequentes  
inducunt morbos & sanitatem  
destruunt. Per concatenatam  
enim morborum seriem corpus  
nostrum magis magisq; frangi-  
tur & debilitatur. donec exhau-  
sto, unde vivendū eslet, omni  
penitus succo nutrititio, instar  
annosæ quercus, ad terram ver-  
gere incipiat, dissolvatur or-  
pus, omnisq; unâ cum vi-  
ta, in scipiam moles verta-  
tur

vertatur, prolabatur. In illius autē generis caussis, primo ponimus loco vim & injuriam aëris ambientis: Talis enim est aëris sive atmosphæræ ingenium & constitutio, qualis ab effluviis istis, exhalationibusque, quas quotidie alia atque alia corpora emittunt, efficitur. Si saltem noxiis salubritati humanæ particulis imprægnata fuerint effluvia, novimus pestilentissimos hominibus immitti morbos, qui præsentissimum secum ferunt interitum. Docet experientia, quemadmodum molles, ex mari humentes & in viciniam resfluentes ventuli, serenitatem, cum cœli, tum quoque vale-

tudinis humanæ promovere  
solent: ita vapores istos cras-  
siores, qui ex aquis stagnanti-  
bus & nullis non locis paludosis  
exsurgunt, varia identidē ma-  
ligna ut puta tumores (flusso)  
catharros, suffocationes, laterū  
atque pectoris dolores procre-  
are solere. De sulphure &  
regione, quæ illa minera plus  
satis imprægnata est, idem di-  
cendum. Pro ut enim cor-  
pora non teneriora modo &  
quæ laxioris compagis esse vi-  
dentur, verum metalla etiam  
corrodit, ita ubi majore co-  
pia effumigaverit, ad inficien-  
dum tabo sanguinem & de-  
mum obstruendum anhelitum  
magis noxia res alia neque

ex-

excogitari potest. Qui in cu-  
pri fodinis opus faciunt, ubi  
sulphurei halitus densiores sunt,  
suo exemplo, suæ vitæ cur-  
riculo arte latis circumscri-  
pto, hujusce asserti veritatem  
plus satis probant. *Plinius* le-  
nior profectò non alio magis,  
quam itineris atque vitæ com-  
pendio isto, ad mortem prope-  
ravit. Is enim cum Vesuvii mon-  
tis incendium, ad explorandas  
causas illius, propius accede-  
ret, spiritus sulphurei odore,  
referente in epistolis Plinio ju-  
niore, suffocatus fuit. Qui  
carbones fossiles (stenkohf)  
effodiunt, illisque, lignorum  
premente inopia, hypocausta  
sua calefacere solent, phtisim,

& quæ una cum peripneumonia,  
cetera mala existere solent,  
contrahere, quis nefit. Ul-  
terior de hisce disquisitio per-  
tinet ad physicos & medicos.  
Sufficiat nobis ex posteriori  
probasse aërem ambientem, e-  
jusque ex heterogeneis variam  
mixtionem, ceteris paribus,  
non minimam brevitatis vite  
humanæ occasionem submini-  
strare, & perinde corpora ho-  
minum hac vel illa plaga cœ-  
li solique natorum, pro ut  
humores ad putredinem magis  
aut minus disponuntur, ita sa-  
lubriora mode, vivacioraque,  
modo imbecilliora qvoq; mor-  
bosioraque evadere. De illo  
vero cœli solique genio in-

dispositionem corporis ingrediente Rudbeckius pater in *Atlantico* opere videri potest, præcipue Tom. I. Cap. 8, §. 32.

### S. III.

**V**Ix ac ne vix quidem dici potest, quantum salubritati officiant, morborumque non unius generis nobis afferant alia atque alia *alimento-rum genera*, indoli nativæ hominum ut & regionum conditioni parum accommodata: quæ quo majore ambitu aviditateq; hauriuntur, eo impensius etiam debilitant corpus, illudque enervant, & tandem morti tradunt. Præcipue vero non sine causa creduntur aromata illa, quæ ex India o-rien-

rientali maxima copia ad nos  
apportantur , multum nocere  
sanitati nostræ ; maximè cum  
videamus illos ipsos , qui affa-  
tim illis vescuntur, raro gau-  
dere integra valetudine , sed  
medicorum quotidie indigere  
opera. Non inficias imus  
multum tribuendum esse cum  
constitutioni corporis , turn  
vero in primis consuetudini.  
Experimur enim unum præ-  
sentissimo suo damno , hunc  
vel alterum cibum capere ; a-  
lium vero nullum ex eo pericu-  
lum sentire. Interim ex sapientia  
& providentia Dei factum es-  
se videtur , ut illa ipsa , quæ  
quævis regio profert alimenta,  
magis accommodata adeoq; la-  
lubriora esse soleat cultorib⁹ , eo-

dem cœlo natis, quam extra-  
neis. Quidquid sit, cibos at-  
que alimenta, morbos intempe-  
stivos, & ipsam mortem mul-  
tis accelerare quisq; videt. Pro-  
inde unicuique incumbit atten-  
te observare, quænam alimen-  
ta ipsi utilia & quænam è  
contra noxia esse poterint. il-  
los pastus ac potus capiendos,  
qui sanitati ejus conservandæ  
necessarii sunt, & è contra  
noxia ciborum potuumque  
genera, licet optime sapient,  
fugienda esse censemus. Qua-  
de re egregie satis pro more  
solito agit celeberrimus Mar-  
purgensium Professor Christian-  
nus Wolffius in Moral. II.  
Theil.

Cap. IV. §. 447. E. G.

## §. IV.

**V**ERUM ut robur hominis justo & moderato alimentorum usu conservatur, ita per intemperantiam idem neque parum atteritur atque debilitatur. Vid. Sirac. 37.

33. 34. Inde ergo est, quod etiam celeberrimus Verelius credat, priscos & vi mortales diutius multo vixisse, quod ignorato nostri seculi luxu, parco & simplici viatu contenti fuerint, & sobrie ac frugiliter vixerint. Deliciae enim inquit & luxus, non animi tantum & ingenii vires frangunt & enervant; sed corporis etiam robur debilitant & clidunt. Vid.

in  
- 110 -

in Notis ad Hervarer Sag.  
Cap. I pag. 22. Quando  
quis nimiâ ingurgitatione  
quorumvis esculentorum op-  
plet ventriculum, tunc na-  
turæ vis intetur, & corpus  
digestioni non sufficiens, o-  
nere marcer & languescit. I-  
ta, qui ebrietati indulgent, ma-  
chinam corporis, quamlibet  
artificiocissime constructam, at-  
que alias duraturam, obstru-  
unt, frangunt, liquefaciunt &  
ante diem in lutum conver-  
tunt. Unde provenit, quod  
non cetera animantia tot tan-  
tisque infirmitatibus obnoxia  
sint, atque homo? nisi ex  
epulis exstructisque, non ad  
necessitatem sed ostentationis  
volu-

23

voluptatem, mensis, epotisque  
frequentibus poculis, Baccho  
& perinde tabo quoque spu-  
mantibus?

§. V.

Hinc consequitur, unum,  
quemque obligatum esse,  
ab tenendum modum in cibo  
potuque capiendo. Hi enim  
a supremo Numinis eum in-  
finem homini concessi sunt,  
ut illis vitam suam quisque  
sustentet, & corpus in eo  
statu conservet, quo valebit  
aliquando Dei gloriam & ali-  
orum commoda promovere.  
At per intemperantiam, in-  
ebriationes & voluptrates nimi-  
as, finis idem ille perverti-  
tur, ipse vigor & robur ab-  
su-

sumitur, & corpus inidoneum redditur ad illa ipsa peragenda, ad quæ in principio creatus est, & homo, si naturam sequi vellet, adeo neque difficulter perficere posset. Quam belle enim, qui continuis dediti sunt crapulis, qui mero epulisque fefe quotidie obruunt, suo officio satisfacere possint, id exempla commissabundorum testantur complurium, qui virium in rebus agendis moliendisque naturalem velocitatem, intollerabili cupiditate vini faedarunt, & una cum ~~Alexandro~~ Grecorum monarcha ante diem acerbo funere obruerunt. Tantum igitur adhibendum est cibi

25

“cibi & potus, ut reficiantur vires non ut supprimantur. Vid. Wolffii Moral. der H. Theil Cap. IV. §. 462. Consultissimum fuerit illud monitum sequi: sume cibum modicè, modico natura foretur.

### §. VI.

**N**Ec minus ipse labor ad abbreviandam vitam sanitatemque nostram turbandam facit, sive defectu sive excessu peccatum fuerit. Per intermissionem laboris & inanitionis, non possunt non variis contrahi morbi. Nisi exercitiis aliis atque aliis vires corporis firmenetur, ipsaque agitacione, cruditates & humores

mores noxii excutiantur & de-  
mum expellantur ; quin illo ,  
ceu incentivo mentis atque  
sensuum integritatem conser-  
vatum iverimus ; necesse est  
sanguinem quasi stagnare &  
putrefcere in venis nostris ,  
principue si insuper corpus no-  
strum saginâ oppleverimus , ab-  
domini , & demum exitio  
dederimus. *Molæ & laborum*  
fugientes ignavi , quamvis non  
omnes fugiant farinam , tor-  
pore & desidia , veterum in-  
modum monachorum , intu-  
mescere tamen & in Libitinæ  
rationes opinione citius venire  
solere , nemini ignotum esse  
potest. Messenio nostrati pro  
mollimento carceris & cala-  
mita.

mieatum suarum symbolum  
 erat: *Mors sine misis vita;*  
 De vita hominis non negoti-  
 osa in eundem sensum dici  
 peræque potest: mortem, sine  
 actione vitam esse. Sublatâ  
 actione inter stipitem & ho-  
 minem, inter vitam atque mor-  
 tem, nil interest aut interce-  
 dit discriminis. Hinc sequi-  
 tur prono quasi alveo, isti la-  
 bori unum quemque intentum  
 esse debere, qui ad tuen-  
 dam sanitatem vitamque ido-  
 neus & maximè conveniens  
 est. præcipue cum alias etiam  
 indignus sit, qui membrum  
 societatis *humanae*, præsertim  
 vero *Civilis integrum & sa-*  
*num, nominari mereatur.*

§. VII.

## §. VII.

**V**Idendum tamen, ne quid  
nimis. Quemadmodum  
non amare solum, sed & odi-  
isse nimium: ita laborandi  
vehementia aliorum etiam  
quando major & diuturnior  
existenterit, peræque sanitati no-  
cet mortemque contrahit, ac-  
que cessatio eorum, quorum  
omne in ignavo otio, nego-  
tium. Spiritus animales inentis  
nostræ fisi ministri, & man-  
datorum subtilissimi & celere-  
rati executores, per nimias  
occupations opprimitur qua-  
si, saltē extenuantur & ad  
peragendas suas functiones  
debiles redduntur atque inido-  
aci. Illo vero interveniente  
dcf.

defectu organi seu flaminis,  
cui innatet vita animalis, cor-  
poris vigorem flaccescere sen-  
sim, nervos sensuum, & mem-  
bra tantum non omnia mar-  
cessere, usu & ætate progredi-  
ente omnes experimur. Præci-  
puè plurimum illi sibi nocent,  
qui corporis curâ omni prope  
abiecta, continuis vacant me-  
ditationibus, doctis immodi-  
cè impallescunt chartis. Qui  
cum Stoicorum effato conve-  
nienter, sapientem in actu mo-  
ri debere existimant, adeoque  
perire putant omne tempus,  
quod non studiis impenditur,  
illam sibi cogitationem elabi-  
patiuntur injustè, quod nisi  
valetudini consulatur, studia  
trige;

trigeant, omnisque vis inge-  
nii debilitetur & sensim emo-  
riatur. Refert de bove & ca-  
melo *Plutarchus* in moralibus,  
quod uni domino servierint,  
& cum recusaret camelus par-  
te oneris levare locum, hie,  
quem finem haberet ignavia  
sua, eidem multò ante prædi-  
xerit, nempe ut non onus i-  
pse modo solus tolleret, sed  
brevi quoque conservi corpus  
exlangue ab urbe, putidam vo-  
ruginem usque foret gestatu-  
rus. Idem *animo* quoque non  
rarò contingere videmus, ut  
dum corpori defatigato & ef-  
flagitanti nullam relinquere  
vult quietem, multiplicatis in  
ventriculo crudis humoribus,

& inde quoque febri orta, vertigineque, dolere *ipse*, ægrotare & demum ex vita & mansione præsenti isthac ante diem decedere cogatur. Indiger fulturis corporis sui animus, neque *motu* solum, quo ventilatur sanguis, ne putiscat: sed & *quiete* opus habet: somno puta, quem instar inundantis roris, corpus reficer humanum, eodemque spiritus ad munus suum facendum alacriores evadere, omnes experimur. Proinde illo ne que naturam nostram insigni adjumento defraudare debemus, nisi fati consilium antevertere ipsi, acerbum & nemini fructuosum obitum nobis

bis ante diem comparare voluerimus. De illorum licito & laudabili brevioris vitæ studio stadioque, qui cum Fl. Vespasiano Imperatore in demandati munericis partibus stantes mori ambiunt, h. e. procurandæ utilitatis publicæ caussâ, cù contentione desudant, ut non possit non lenta & immatura mors magnis laboribus eorum accelerari, nunc non agimus.

§. VIII.

**A**dfectuum quoque, quibus per se in primum movendi omnia, præcipitandique vis maxima inest, non penitus exiguae circa vitæ spatum partes sunt. Quemadmodum conductunt illi fovendæ sanitati;

compe-

componunt corpus cum suis  
membris ad illos motus, qui  
vitæ animali convenient; ita  
ubi exorbitaverint, non vi-  
res depascunt solum & cœco-  
nomiam corporis omnem per-  
vertunt, sed & mortem, alien-  
nissimo tempore multis acce-  
lerare solent. Horrorē, metum  
atque dolores, humanā pati-  
entia majores corpus ceu ful-  
mine percussere, macerare,  
viresque attenuare solere, quis  
nescit? Inter ceteras malefa-  
cias commotiones mentis at-  
que corporis, quæ effuso,  
certe non lento gradu ad mor-  
tem ire hominem permittunt;  
libido, quam voluptatum con-  
fuctatricem Cicero appellat, re-

C ferent.

terenda est quam maximè;  
quippe quæ non animi lumen  
omne solum extinguit, teste  
eodem, sed & corporis sani-  
tatem exhaust & evertit pe-  
nitus. Dico *mentem* confundi  
& everti. Nempe cum consi-  
stat illius vita in speculatione  
& præparatione earum rerum,  
quæ ad vitam honestam, ejus-  
que cultum utilitatemque spe-  
ctant; ejuscemodi vero cogi-  
tationem meditationemque *li-  
bido*, si brevior fuerit, impe-  
diat, si longinquier, penitus  
& omnino tollat; quis non vi-  
det improbam & immodicam  
*venerem*, quam per libidinem  
intelligimus, omnem animi vi-  
tam perimere? Verum non

Ju-

Junonis & Palladis dona modo  
amittunt, quicunque Helenam  
præferunt, sed & sanitatem &  
vitam corporis lui temere pro-  
fundunt. Optimum corporis  
succum, veneris intemperantia,  
plusquam lamia ulla exlugit,  
medullas invadit & facit, ut  
subtilissimi spiritus, quibus vis  
vitalis inest maxime, quibus  
vigor ingenii inest, exhalent,  
evaporent, & denique homo  
vivus etiamnum putrefeat. Pu-  
trilaginem & cum fætore corro-  
sionem vermium, mercedem  
fætore libidinosorum denunciat.  
sacer vates: homine gentili  
non dissentiente, qui libidino-  
sam & intemperantem juventutē  
effætum i. e. tœtibus exhaustum,

cor-

corpus senectuti, si quæ accide-  
rit, tradere ait. Hæc quoè ve-  
riora sunt, eò inter caussas,  
quæ segetem præbent materi-  
amque abbreviandæ vitæ hu-  
manæ, locum magis eminentē  
*adfectus*, & inter illos *libido*,  
per se ipsa sibi vindicat.

### §. IX.

**S**ED dantur etiam nonnulla  
vitam nostram abbreviantia,  
quæ avertere in nostra pot-  
estate non sunt. Flammulâ vi-  
tali suâ, uti motum primum  
liberis suis impertiunt parentes;  
pro ut in ceteris, vultus puta,  
naturalis ingenii ut & morum  
congruentiam utrinque anim-  
advertisimus: ita fieri crebrò  
quoque soler, ut quam tabifi-  
cam

cam, id est breviorem viam in  
conficiendo misero vitæ sua sta-  
dio genitores tenuere, eandem  
*deducta sanguine proles* neque  
segniter ingrediatur. Quando-  
quidem prima stamina & ele-  
menta corporis sui ex illorum  
sanguine liberi sunt adepti;  
indè per successiones tradi &  
propagari morbos; & ad vitam  
vel prolongandam vel abbrevi-  
andam, conditionem parentum  
certè non exiguum conferre  
*Plinius* uterque locupletes tes-  
stes sunt. Pro ut hi debiles at-  
que infirmi, robusto & sano  
an vero gracili & morbido  
temperamento coagmentati fu-  
erint; ita liberos neque diver-  
sum aliquem suarum partium,

luso

fuoruin laterum contextum ha-  
bituros, multi sunt, qui pro  
certó conjicere volunt. Et ad  
hoc etiam antiquos respectum  
habuisse existimamus per do-  
ctrinam suam de calido innato  
*& humido radicali.* Ex illa-  
rum partium magis aut mi-  
nus proportionatā mixturā, &  
cum particulis solidis combina-  
tione, conditionem, differenti-  
amque brevioris, an verò lon-  
gioris vitæ humanæ fluere dixe-  
runt. Hinc satis superque pa-  
tet, quanta circumspetionē  
parentibus in id imprimis in-  
vigilandum sit, ne per suam  
intemperantiam aliamve cul-  
pam senium ante senectam ar-  
cessant, debilitatemque visce-  
rum

rum atque membrorum icon.  
trahant, quæ facile deinceps  
non in liberos tantum, sed te-  
rè omnem posteritatem, idque  
sine dubio, ex vindictâ justâ  
divinâ transfundi solet, deri-  
varique. Plures possent cædem-  
que innumeræ teré adferri caus.  
Iæ brevitatis vitæ humanæ; sed  
cum vis & facultas nimiū quan-  
tū mea quoque accisa sit, imò  
tempus ipsum præstitutum huic  
decurrendo stadio jam propè  
exactum, claudere rivos & te-  
lam è vestigio abrumpere co-  
gor: Satis habens iis, qui for-  
tunâ & ingenio me ipso plus  
valent, telæ retexendæ hujus,  
thematisque limatus elucru-  
bran-

brandi occasionem faltē sub-  
ministrasse. interim  
Gloria sit Patri, Nato, sit  
gloria Sancto: Gloria Spiritui,  
Triadi sit gloria Sacra!!!

